

totum mundū innouabit. et hec nichilominus  
noua creatura appellatur. **¶** Vnde habemus.

**Celū nouum et terram nouā faciet dominus.**

**¶ Quō dñs ⁊ aīe scōꝝ nūc in celo esse aut san-**  
**cti receptis corpibz ibi futuri esse credantur.**

**¶ Fratres.**

**¶ Ca. xxx viii.**

**A**m turri in sumum nobiliter pducta. restat  
nunc ut ppugnaculis cingatur. et sic cacumen  
in summo celoz cūsumetur. Legimus de dño q  
eleuatis manibz ferebatur in celum. et quia se-  
det ad dexterā dei. et Stephanus in contione vi-  
dit eum statem a dextris dei. Qui fertur de loco  
ad locuz mouetur. et qui sedet vel stat loco cō-  
tinetur. et cum dñs corpāliter celum ascendit.  
qualiter nūc ibi credēdus sit vel qualiter nunc  
ibi anime scōꝝ sūt aut qualiter receptis coꝝ po-  
ribz ibi futuri sūt sumo opere scire deheramus.  
**S**i enim aliquis locus xpm vel sanctos seden-  
tes continet vel stantes ne cadant. tunc iste lo-  
cus eis melior pbatur a q tot bona cōtinētur. Et  
hic sancti de aliq creatura visibili ⁊ sensibili gau-  
dentes glorientur. ut nos de hac visibili et sen-  
sibili luce delectamur. tūc iterū ea res melior ra-  
cionalī creatura indicatur de cuius possessione  
īpā iocūdatur. ut nos de habita pecunia glori-  
amur ⁊ gratulamur. et miserum gaudium vi-  
detur si intellectualis creatura non nisi de stolis  
da re letatur. **Magister.** **A**pice huius tur-



ris pariter ascendamus. et ratione indagante  
qualiter se habeant hec perspiciamus. **C**elum  
vilitato nomine appellamus quod super caput  
nostrum videmus. **S**upra nos autem nichil nisi  
nubes vel aerem sole illustratum conspiciamus.  
**S**olem vero lunam vel stellas longe a nobis res  
motas sic videmus sicut in lato mari positi  
a longe montes conspiciamus. in circuitu vero  
nichil nisi confusum aerem videmus. **V**nde li-  
quet quod nullius hominis visus totum huius aeris  
spacium penetret. qui vix etiam orizontem at-  
tingere valet. **V**nde cum apostoli dominum sublatum  
ulterius videre non possent dicitur. nubes sus-  
cepit eum ab oculis eorum. **S**tephanus quoque  
non corporis oculis dominum in celo ultra firmamentum  
vidit. cum nullius hominis visus vltimo  
modo usque ad celum perungere possit. **S**ed  
et continuo illa in qua stephanus stans christum con-  
spexit in domo aliqua fuit. cuius tecti culmen  
ipsius corporis oculis penetrare minime potuit.  
**C**onstat ergo quod non oculo corporis. sed intuitu  
interioris hominis christum non in corporeo sed in tel-  
lectuali celo viderit. **S**ed hic forte ab aliquibus  
calumniosis obicitur. stellas esse in firmamento  
infixas. et visum nostrum firmamenti attingere dum  
eas videmus. **N**um ideo oculi nostri firmamentum at-  
tingunt. dum quod stellas aspiciunt? **N**um ideo totum  
aeris spacium in mari penetrant quia montes



ut puta solida corpora considerant. Sicut enim  
in mari remotis ab aspectibus montibus nichil  
nisi aer conspicitur undique. ita quoque sideribus  
solidis videlicet corporibus sublati. nichil nisi aer  
cernitur. Quicquid autem ab aere est usque ad firmamentum  
et ipsum firmamentum a nobis nequaquam  
videtur propter ipsius spatij longinquitatem. et  
ob nature sue sublimitatem.

**D**e triplici celo historiali & significatiue dco.

**Q**uod si forte obiciat quod apud car. xxxix. ad terciū celū raptus describitur. Sciendū est tres celos historialiter appellari. et iterum tres significatiue nuncupari. **H**ic quippe aer p̄mū celum historialiter vocatur. sicut habetis volucres celi. q̄ in celo id ē in aerē volare videtur. Scdm celū ether vocatur. ut habetur. stelle celi. q̄ in eo stelle fixe tradūtur. planete vago cursu ferūtur. **T**erciū celū firmamentū appellatur. sicut habetis. astra celi q̄ in eo sidera fixa tradūtur. **S**ignificatiue q̄ tres celi leguntur. q̄ tres visiones sc̄z sensualis spūalis et intellectualis a sapientibus non nesciuntur. **S**ensualis quippe visio est cum colores et formas rerum exterius cernimus. sed interius aliquid celari intelligimus ut in literis intelligimus significantiam. **H**ec ergo visio p̄mū et substantiale celum nominatur quia in scripturis intelligentia celatur. **C**eluz etenim a celādo nominatur.